~~1516.~~ 1517.

Sigismundus Primus Rex Poloniae Consiliariis Ecclesiasticis et Saecularibus ac Nobilitati Ducatus Masoviae —

Mgfici Venerabiles, Generosi et Nobiles sincere dilecti —

Cum Illris Domina Dux Vestra quereretur Nobis, de quorundam ex vobis violenta invasione Curiae Suae, in qua una cum liberis suis tunc agebat, Non libenter id audivimus. Sicut enim vellemus subditos nostros se adversum nos gerere, ita libenter videremus, ut adversus Duces vestros, Vos in fide debita, et reverentia conservaretis Cujus rei gratiâ, misissemus isthuc ad Conventum, quem Ipsa Domina Dux constituit, Consiliarios nostros, sed districti hic multis aliis curis, nostris id tam citò commodè facare nequivimus. Misimus tamen Nuntium nostrum, ad Ejus Illrtê et vos pariter, ut Conventus ipse, ad tempus aliud transferatur. Quod ubi factum fuerit, nos libenter mittemus ad eum Consiliarios Nostros, neutri parti suspectos,

qui congruô

qui congruô modô istum motum, et Dissen-
=sionem Vestram sedare, et coæquare res
omnes curabunt. Interim verò hortamur
Vos Districtius, ut in quiete et pace Vos
contineatis, nihil tale innovantes, quo Ipse
motus, magis pullulare Deberet —

OB